
PROBLEMATA LVDICRA & Histeriolæ ridiculæ.

ANIMI RELAXANDI CAVSA EXCOGITATA.





Quænam sunt raro contingentia & fere contra naturæ Cursum

R. PVella adolescens sine amore: nundinæ sine furibus; antiquus Iudæus sine diuitiis; antiquum horreum sine muribus; antiqua vectis pellicia sine pediculis antiquus caper sine barba, antiqua monialis sine religione.

Quis vulgo dicitur Calcarius Dei.

R. Qui corium furatur & calceos propter Deum dat.

Quoniam est differentia inter vinum judaicium & Christianum.

R. VInum Iudaicium est purum putum vinum, generosum.

ſum, ſyncerum Chriſtianum quod baptizatum eſt à vinariis, qui vt ſtrenui Chriſti imitatores ex aqua vinum faciunt. Hoc vinum aliquando ita aqua mixtum eſt vt ſi natare ſciret demergeretur in aqua vel ſi illud priiceres in Rhenum inſtar aquæ nataret.

Quis profertur nobilibus ſine ſeruis incedentibus?

R. Aſini molitoris: illi enim ſeruo comite ingrediuntur.

Cor mendici numeroſam habent prolem?

R. QVidam quia leuibus vtuntur ſtragulis ſeu tegumentis ideoq; arcte cocunt hinc libe-

Liberorum multitudo: quidam aliter. quia tuto solent coire, exploratum habetes non se sed nos eorum pueros esse educaturos, ipsi enim faciunt, nos autem cogimur educare.

Ridicula cuiusdam ægroti responsio.

AEgrotabat quidam, & cũ de eius vita desperatum esset, cæpit parochus hominem admonere suæ migrationis, & inter alia verba consolatoria ita dixit præpara te ad summã felicitatẽ hodie enim portaberis ab angelis in sinũ Abrahami: ad quod ægrotus, Hoc mihi profecto gratissimum est: nam si longa est via non possum ire pedibus, adeo defessus sum & infirmus.

Quinam sunt omnium Lætissimi.

R. SAcerdotes, qui etiã in funere, & juxta mortuos canunt, & monachi qui die noctéq; psallunt.

Ve sanus viuus, quid agendum.

R. SEmel in anno minuas sanguinem, semel in mense intres balneum semel in septimana amplectere Venerem, bis in die comede bibeq;, quietus & benè de nocte dormi.

Quisnam Cauponem egregie decepit.

R. BAnarus quidam qui comedit in ouo integrum pullum gallinaceum, & non soluit.

Qui-

Quinam sunt omnium liberrimi?

R. MEdici, & carnifices? qui bus solis licet hominem impune, occidere, & cum homicidium aliis capitale sit illis etiam mercedem affert.

Quanam vtilitates nasi!

R. NAsus discernit omnis generis odores, muscum, zibethum, crocum, quæ nasi beneficio in magno habbentur precio. Imo ipsi cæci per nasum sentiunt ventum flantem ex prouinciis in ferioribus.

Exitus alchijmnistarum quis.

Tan-

R. Tandiù tractant carbones, sulphur etc donec annis pannisque obsiti, famelici semper sulphuró lentes sordidi fuligine, assiduaque argenti vivi contrectatione paralytici tici fiunt, ex Chymicis cacochymici ex medicis vna litera plus mendici ex saponistis cauponistæ facti inter suspiria ac gemitus infelicem trahunt animam.

Quæ res periculo non vacat?

R. De magnatibus maiorumue gentium diis dicere; veritas enim odium parit, periculosum est iis aliquid scribere, qui possunt proscribere Italorum proverbium est.

Scher-

Scherza con i fanti Et lascia stari santi. 449

Id est, cum pueris jocare & sanctos sinito stare

Quē vniuersus mundus vocat nepotē?

R. Qui pulchram habet vxorem:

Mira descriptio hominis pijgmæi.

NArrabo quid ridiculi, vnde auris vestra sinistra titillabit. ros qui libenter saltatis ab equis d asinos, imo qui estis asini ipissimi arrigite aures; hæc enim aciunt ad palatum vestrum. Pyg neus ille est homunculus rufus um berba nigra, ipsius pileus actus erat in modum syringis aothecarij globuli ex cæpis consta-

ſtabant, collare ex corio Hiſpanico, vulgaritur Corduano, periſcelides ipſius compoſiti erant ex farciminibus: veniebatè regione, in qua nullæ erant perſonæ, ſi jumenta & homines excipias, optimè callebat artem auferendi Lendes è manibus & natibus ſciebat quoq; arrodere vngues, deſpumare lebetem, & quod mirabile dictu eſt vorabat ſicuti Lupus bibebat ſicuti vacca, Erat bene verſatus in probatis aútoribus in Calepino duorum foliorum & in multis aliis Libris, nam quantum conjectura aſſequipoſſū ponderabat circiter Libras 28. caſei ittollandici, excepto pileo illius nocturno ſeu cucupha, quam pignoris loco hoſpiti reliquerat: memini me illum aliquando vidiſſe Pariſiis in balneo

ſed

ed tunc erat purgator camino-
um stylus ipsius erat satis amplus
ε nitidus & splendebat sicuti
ıatula, Legerat multos com-
ıentatores per exiguum fora-
ıen oculi sui sed ipsi non arride-
ant, itaque ablegauit illos ad
ıille Diabolos, sicuti globulos
ı Ludo pyrami dulorum. Nam
rædicti autores erant ita obscu-
. sicuti tenebræ AEgyptiorũ, ni
il poterat comprehendere, &
escio an vos quoque poteritis
ıminare, vnus dicebat Bran, lin-
ıa Rouana esse merdam, alter
fferebat, non omnes rusticos
ıadratos esse in terra montensi
ıi aetiã multi ı eperiuntur inter
assos Batauos, tertius affirma-
ıt febrem quartanam esse pul-
um collare pro Anglis in præ-
ium illorum gulositatis, quar-

ſtabant, collare ex corio Hiſpanico, vulgaritur Corduano, periſcelides ipſius compoſiti erant ex farciminibus: veniebatè regione, in qua nullæ erant perſonæ, ſi jumenta & homines excipias, optimè callebat artem auferendi Lendes è manibus & natibus ſcibat quoq; arrodere vngues, despumare lebetem, & quod mirabile dictu eſt vorabat ſicuti Lupus bibebat ſicuti vacca, Erat bene verſatus in probatis aûtoribus in Calepino duorum foliorum & in multis aliis Libris, nam quantum coniecturà aſſequipoſſũ ponderabat circiter Libras 28. caſei ittollandici, excepto pileo illius nocturno ſeu cucupha, quam pignoris loco hoſpiti reliquerat: memini me illum aliquando vidiſſe Pariſiis in balneo

ſed tunc erat pùrgator caminorum ſtylus ipſius erat ſatis amplus & nitidus & ſplendebat ſicuti matula, Legerat multos commentatores per exiguum foramen oculi ſui ſed ipſi non arridebant, itaque ablegauit illos ad mille Diabolos, ſicuti globulos in Ludo pyramidulorum. Nam prædicti autores erant ita obſcuri. ſicuti tenebræ AEgyptiorũ, nihil poterat comprehendere, & neſcio an vos quoque poteritis ruminare, vnus dicebat Bran, lingua Rouana eſſe merdam, alter differebat, non omnes ruſticos quadratos eſſe in terra monten ſi qui aetiã multi reperiuntur inter craſſos Batauos, tertius affirmabat febrem quartanam eſſe pulcrum collare pro Anglis in præmium illorum guloſitatis, quar-

mium illorum gulositatis, quartus differebat, se in magno cætu, vbi solus erat vt culinæ ciuis de cupediis acriter ad sanguinem vsque disputasse & vidisse vbi hominem, existentem in prætorio qui merdauerit in granarium quo magnificum sibi nomen præ rattis & muribus compararet.

Familia omnium in vtilissima & tristissima quæ prædicatur?

R. GAllina sine ouis, porca sine succulis, vacca sine Lacte filia quæ noctu extra domum diuagatur, filius lusor, vxor furtim bona viri absumens & famula prægnans.

Recita lætitiæ gradus?

Si-

R. SI vis gaudere per vnum diem radas barbam, si per septimanam, vade ad nuptias, si per mensem eme pulchrum equum, si per semestre, eme pulchram domum, si per annum ducas pulchram vxorem, si per biennium fias sacerdos, si semper vis esse Lætus & gaudens, sis sobrius.

Quinam sunt insignes fatui?

R. Fidelis amator puellarum probus Lusor & misericors miles.

Quomodo quidam vicinum suum ad prandium inuitauit?

R. HOc modo: ò bone vicine, veni hodie in domum meam & mecum prande si enim

edu-

edulia tecum apportaueris, non nisi ad uini solutionem te compellam,

Quinam sunt omnium probissimi.

R. Homines rufi scilicet, quia Christus solius rufi Iudæ Iscariotis (quem rufum pingunt) osculo tangi dignatus est.

Cur pulices plus Mulieres quam viros infestent?

R. QVoniam postquam cibo sunt ex saturati, etiam flumen & aquas apud illas habent, quibus & sitim exstingere possunt.

Recita cuiusdam ridiculum testimonium?

Qui-

QVidam Tubingensis in testem ad.ductus tale testimonium dedit Ego jacui & dormiui attamen vidi & audiui, quod actoris caput ligone percuteret, nescio tamen an tetigerit eum.

Vsus asinorum in medicina quisnam?

R. RƐnes asini vesicæ morbis egregie medentur, jecur assum pellit morbum comitialẽ: vrina faciei maculas eluit vti & fel adeps Leprosis multum conducit ex auribus emissus sanguis febres quotidianas curat: Lac asinorum cutem candidãomnisq; rugæ expertem reddit, in stomacho lac asinæ non concrescit ac dysenteria laborantibus valde aptum est.

Fatui

Fatui cur mulieribus grati?

R. QVoniam omne simile appetit sibi simile, vel quoniam pares cum paribus facillime congregantur.

Amor quare api comparatur?

Res. Quia in ore mel, in cauda aculeum habet Flos veneris rosa est, sed sub eius purpura multæ latant spinæ.

Principium dulce est, at finis amoris amarus.
Læta venire venus, tristis abire solet.
Obsequium amicos, veritas odium parit.

Pistor quidã cum in spectaculo quodam Christum crucifixum repo-

præſentaret, Iudæi illũ probosis dehoneſtabant verbis, quod cum patienter tuliſſet, nec iis cõmoueretur, dixit vnus ego hominem exagitabo clamauitq; ad eum ſæpius *fur Farinæ*; Tum piſtor, tace, aut ego te cruce iu terram proſternam.

Quinam naſi pretioſiſſimi?

R. Rubicundi quiq; habent carbunculos. Nam iſte color pluris conſtat, quã color veſtis ſcorlatę.

Scientiane ſunt ne inutiles?

Reſ. Ita probatur. 1. Rhetorica eſt ars mentiendi ex albo facit nigrum hominem candidæ vitæ atramento & meris carbonibus denigrat. Theologia ſuperat Captum noſtrum. Medcii-

na

na boletos venenatos & artem intoxicandi nos docuit; Ars coquinaria gulositatem induxit. Imo Gistorio graphus quidam tradit nescio in quo librocoquos in causa fuisse vt dives ille hellvo Evangelicus ad inferos descenderit nisi enim illi cibos opipare conditos illi apposuissent nō ita genio indulsisset summa summarum scientia multa incommoda procreat, inducit vigilias parit catharros etc. Qualis autem effectus talis causa. Ergo conferamus nos omnes ad Abbatem fratrum ignorantiæ, missos faciamus alchymistas cum suo auro imaginario, philosophos cum ente rationis etc. Arrigite aures auditores sicuti Lepores: hoc enim scriptum inueni in tabula Reformatorum, quam prauem

imagi-

imginationem tum peruersis quibusdam hominibus ademeris, cum crepitum ex asino mortuo extruseris.

Recita testimonium porci.

Res. M. Grunnius Coro cotta porcellus tale testamentum fecit. Ego infrascriptus de visceribus meis dabo sutoribus setas Rixatoribus capitinas, surdis auriculas, caussidicis & verbosis Linguam, Bubularijs intestlna, Esiciariis femora, mulieribus lumbulos pueris vesicam puellis caudam, Cynędis musculos, cursoribus & venatoribus talos, latronibus vngulus musicis chordas, epulonibus rostr, rusticus suerdam, sueculis mammas & nec nominando coquo do lego, ac

piſtillum, quęmecũm detuleram á querceto vſq; ad haram Liget ſibi collum de reſte Optimi amatores mei vel conſimiles vitæ, rotores mei vel conſimiles vitæ, rogo vos vt corpori meo ſatiſſaciatis, benè condiatis, de bonis condimentis, nucleis piperis ac mellis vt nomen meum in ſempiternum nominetur.

Practica vera in multos annos duratura aliena ab omni mendacio.

De Dominis huius anni.

PLures & varij futuri ſunt præſentis anni Domini, quilibet ſupra alium ſe extollere ſtudebit, ſcaballa ſuper ſcamna aſcendere conabuntur, ancilla ſuper ſernos

uos vir super fœminæ in Magister dominabitur scholasticis, felis super murem præceps ruet

De anni qualitate.

AVreus numerus hoc anno par uus erit & modicus apud pauperes, multæ futuræ sunt hoc amp tenebræ, mediæ noctis præsertim tempestate. Sacrificare & sanguinem minuere bonum est & vtile, quoties hominem necessitas ad hoc impulerit. vitanda tamen maxime sanguinis minutio, quæ fit a rusticis circa festa Bacchanalia, dum su illis farciminibus repleti sunt. In Martio aliisque Temporibus utilia sunt scabiosis balnea

balnea & vnguenta, frictio quoque illis non erit ingrata, In Iulio ex frigidioribus cellis allata sitientibus sunt jucundissima. In Decembri autem tunicæ jumentorum pellibus subductæ stomacho & toti ventri sunt opportune. Imbres hoc anno erunt humidi propter respectum Aquarij. Propter naturalem & consuetũ cursũ solis dies longiores æstates quam hyemes. In æstate Lilia & rosæ in copia prouenient, sed timenda tunc tonitrua & fulmina in Autumno folia de arboribus cadent, & flores deflorebunt & marcescent. In vere omnis vis terræ erigitur ad producendos fructus.

De morbis huius anni.

Corripientur homines diuersis infirmitatibus secundũ diuer-

fas

ſas eorum conplexiones, ille Laborabit podagra, alter febribus, hic dyſenteria, ille lumbagine: omnes autem auari laborabunt chiragra: aliqui autem conualeſcent, alij morienter, ſani melius habebunt, quam infirmi, pariter diuites quam pauperes. Tam principes quam populares hoc anno timere habẽt mortem principes præſenti amo ſibi caueant a grauibus morbis, tum enim ſani & bene validi manebunt. Quod ſi minus fecerint timendum vbi morbus in valuerit quoſdam eorum morituros eſſe. Communis plebs ſi multum auſteri lactis pruna & ſimilia comederit, formidandum ne ex eiuſmodi eſu ventris proſluuium patiantur, ſi aquam biberint ne iis venter intumeſcat ac graue peri-

periculum incidant, præsertim si indoctum medicum curatorem susceperint. Ex cerasorum esu homines calculosi efficientur, per podicem enim innumeros calculos eijcient.

De Frugibus.

Triticum, siligo, auena, hordeum & quicquid aristam habet in rupibus & saxis tenuiter crescent, in stercoratis autem benè cultis copia crescet omnis generis frumentorum. Non tamen semper pari vendentur pretio, sed nunc pluris, nūc minoris. Ita etiam cæteræ res in fortunæ rota modo ascendent postea descendent velut seruus & ancilla. In his futuris, annis protio siusfuturum est triticum quam milium

&

& milium acceptius quam lolij. Rapæ, raphani cæpæ etc. Ad Satietatem in foro reperientur exili prætio. Nemo tamen nimium illis vescatur; tussim enim generant, & crepitum supra & infra, osculumque eorum qui hæc comederint, puellæ exhorrescent.

De Communi plebe.

Calcearij, sutores, peltiones opificesque reliqui & propolæ multa mentientur, & hæc lucri causa facturi sunt pecunia inæqualiter inter homines præsenti anno diuidetur Aduocati & procuratores inuigilent bene suis officiis & causis si venari voluerint sine rete & canibus opifices & plebei nisi laborauerint patientur penuriam victus.

De mulieribus & virginibus.

Mulieres & virgines debilis erant & breuis memoriæ, sed prolixiorum criniũ. vxores hoc anno communiter viris suis imperitabunt, maritisque multa (quanquam non omnia de deo) concionabuntur: meretrices vetulæ optimæ erunt amasiorum internunciæ. Coniunctio veneris cum Ioue demonstrat quã plures fæminas prægnantes fore, quę ante grauidæ non fuerũt & si masculum, conceperint pariẽt masculũ si fæmellã, parient fæmellã quod si magna coniunctio fuerit martis & veneris, fient & virgines grauidæ, quoni-

am

am ſagittarius in corpus earum aget multæ fæminæ quærent habitus formas nouas atque pleræque delectabuntur choreis, cantibus & inſtrumentis muſicis, non nullæ nocturnis prælijs, omnibus vero gratum erit laudari.

De cantatoribus amatoribus fiſtulatoribus, artificibus & pictoribus,

Hi omnes magnam erga mulieres habebunt fortunam, in latere, quo loculus pendet & inter pocula de magna rebus gloriabuntur, plagam autem S. vrbani, id eſt, ebrietatem vix cauere poterunt.

De Populi seditionibus.

Post kalendas Februarij magna futura est populi seditio, tunc enim stultorum etit infinitus numerus. In Octobri ingens sanguinis & cruoris erit effusio, plurimi enim boue, sues capellæ & hædi mortui in sanguine jacebunr.

De quorandam hominum penuria.

Magna erit *sacerdotum* penuria adeo vt quidam tria quatuor ve vel plura habebunt officia ecclesiastica penuria etiã *Nobilium* nam & rustici conabuntur esse nobiles. Erit præterea penuria in Iudæis, quia Christiani vsuram & fænus exercere studebunt.

De

De vino & cereuiſia.

Vites plurimis in locis vini copiam dabunt. Multis autem vinum erroneam vitam faciet, feceſque, & ſupra & infra egeret. Magnus item diſcordias & ſeditiones Bacchus excitabit, præterea vinum magnum calorem intus ſed intenſum frigus extra cauſabitur dum vacuum crumenam & veſtes malas & detritas caluaſque faciet, maxime ſi teſſerarum concurſu vtatur. Vinũ Cretenſe (quod malauaticũ vocunt) carius erit quam vinum vernaculum, erit etiam melioris ſaporis, hoc ebrioſi teſtabuntur, niſi eorum palatum flauabile infectum fuerit. Ingentes quoque in ſe continebit virtutes; nam maneſto-

mane ſtomachum confortabit, meridie refrigerabit corpus, veſperi ſitim extinguet, per totum vero annum refrigerabit, non ſecus ac hebræorum ſichar ſi vua non bene maturuerit, erit vinum acerbum. Cereuiſia erit optima, ſi nimium aquæ in fuſum non fuerit.

De mulierum infirmitate.

MEnſe majo cum ſanguis in homine renouatur, quasdam mulieres pruritibus vexabit, pro remedio viri illas ſcarificare debent, quod ſi non profuerit vnguendæ ſunt circa lumbos vnguento

con-

confecto ex cinere incombusto.

De rebus quibusdam nociuis.

Res quædam hoc anno, hominibus nociuæ futuræ sunt vt serpentes, viperæ, vespertiliones, ova putrida. Ne hinc ergo detrimentum accipias non comedes vlla ova rusticorum abstinebisque diligenter ab ouis zephyris windeyer, vulgo eyer ohne schalen.

De ventis?

Venti hoc anno instar chamæ leontis mutabuntur modo enim flabit ab aquilone, modo ab austro em-

omnes autem venti dirigentur secundum rostrum galli gallinacei super pinaculum templi constiut.

De quibusdam futuris effectibus huius anni.

Dies quibusdam plus æquo breuiores videbuntur, vt nox longa, qeibus mentitur amica. Mercenarios sępe hoc anno capiet laboris tædium. vtilius erit pecuniam accipere, quam dare qui vinum cerevisiamque non habebit aquam non spernet. Conjunges tamdiu inter se pacem habebunt donec litigare inceperint. Nigræ uaccæ lac album præbebunt.

Breuissima conci: cuiusdam perochi.

Paro-

Parochus rogatus ab episcopo, vt coram seruri sacram haberet concionem annuit. at aulici, quorum animus in patinis erat, clam in susurrabant in aurem parochi, ne pateretur in longum produci sermonem, qui benè in præsens quadraret, sicuti longa farcimina tosta ad ignem, juxta illud vvlgare, Kurtze meten lange braet Wurst. Recte ait, parochus monetis, ego potissimum studebo inseruire tempori, Et exorsus dicere: complusculi, ait, me rogarunt, vt breuibus complecterer sermonem: accipite igitur vos aulici, hanc sermonem Christi seruatoris, quo ait, se reprobis dicturũ. *Item maledicti.* Quid potest dici breuius? & si quoque vvltis ad ignem longa testa farcimdia, quando puidem & illa nobis sunt

in promptu, non negabimus comprehenduntur autem in verbis proxime sequentibus videlicet, *in ignem æternum*. Præterea si quis coquos desideret, qui piper aspergant & illi ad manus sunt *Diaboli & Angeli* eius.

Quare in piscibus sunt oua rotunda in volatilibus oblongæ figuræ.

R. QVia calor mouet à centro, & maxime ad figuram pyramidalem, quod patet in flammula ignis, quæ tendit in conum, & si lata sit in basi & ideo quia Calor fortior est in volatilibus, quam in

pis-

piscibus, oua volatilis sunt oblonga, piscis rotunda, quia calor debilis dispergitur in gyrum.

Principum quanam prærogatiua?

R. Principes dum sunt ebrij, vocatur à familiaribus læti, dum sunt nigri dicundur fusci dum sunt stulti dicuntur probi, simplices & innocẽtes, dum tyranni, vocantur iusti.

In Germaniæ cur tanta copia mendicorum vagatur.

R. QVia mendicus mendicum procreat. Non enim parentibus curæ est, vt liberi eorum honesta aliqua arte sese sustentent, sed in eo toti sunt, vt eorum vestigia sequantur, ostiatimque mendicent.

Reci-

Recita rediculum cuiusdam Parochi factum?

Quidam parochus cum in facie Ecclesiæ matrimonium contractum confirmare vellet, maritum interrogauit *Chonrade quod est tibi nomen?* Chonradus cum maximo astantium risu vt dicis (inquit) vocor. Nomen enim meum tu ipse pronunciasti.

Versus leoninus de amore.

Post visum risum, post risum venit in vsum.
Post risum tactum, post tactum venit in actum.
Post actum factum, post factum pœnitet actum.

Cur

Cur in mundo monstro monstrosiora inueniuntur, Theologus ebrius, vel auarus, Iuri speritus injustus, medicus valetudinarius, qui seipsum curare non potest.

R. Quia eorum professioni vita omnino non quadrat.

Puella interrogata vtrum vellet in anserem mutari an in gallinam quid dixit?

R. In Gallinam, quia hæ anseribus sunt feliciores, quæ quotidianam venerem norunt, anseres vero vernam duntaxat.

Quænam est differentia inter fures priuatos & publicos.

R. Fures priuatorum furtorum in neruis atque in compedibus vi-

vitam agunt, fures autem publici in auro atque in purpura. Scite diogenes videns magistratus quendam qui ex ærario phialam furatus fuisset, comprehensum ducentes, *magni* (inquit) *fures paruum ducunt.*

Pulchra etymologia nominis philippi.

Phi, nota fœtoris, lippus malus omnibus oris,
Phi malus & lippus, totus malus ergo philippus.

Recita historiam ridiculam cuiusdam Itali morituri?

Italus quidam è vita migraturus cùm corpus Domini à sacerdote manducan-

eandum acciperet, adactus solenni Centuriones dicto: *Domine non sum dignus ut intres.* verba hæc non grauatim reddebat At cum ventum esset in eum locum, *sub tectum meum* quod Italice suggerebant his verbis *à casa mia.* Ille vehementer reclamabat, *Non à casa mia*: atque id cum semel atque iterum fecisset, astantibus multum ægre ferentibus, causam rogatus, *Ego inquit, quoad vixi semper in conducta domo habitaui.* Quod verbum omnibus ridendi materiam præbuit.

Mors Mordet, Omnia Rostro suo ad Vitorem.

Disce

Disce mori quicunque legis mea scripta viator.
Omnes æqua manēt funera disce mori.
Disce mori frater, discat cum præsule clerus,
Cum juniore senex, cum sapientie rudis.

Quænam est interpretatio harum Literarum S. P. Q. R?

R. Quod capitolia tot sensus dicebat ille *Romani* sic expoluerunt *Senatus populusque Romanus*; alij sic salutem populi quære Romani Sibyllæ de Deo sic, *Serua populum quem Redimisti.*
Beda ut derideret Golhos *stultus populus quærit Romam.*
Galli, *Si peu que rien.*
Itali *samono Paltroni, questi Romani*
Germaniæ protestantes, *Sublato papa*

papa quietum regnum.
Catholici *Salus papa, quies regni.*

Quare fatui flent splendente sole, & rident quando pluit?

R. Quia post splendorem solis sequitur pluuia, post pluuiam autem splendor.

Iocus Ciceronis.

Cicero cum à quodam cœna exceptus esset, satis parca & quotidiana, nam pene se nulli negabat. vale dicens hospiti, tacite ei in aurem susurrabat, *Non putabam me tibi tam familiarem.*

Milites cui sunt similes.

R. Parochus quidam videns aliquot templum subietrantes, ab-

rupto

rupto concionis filo sic illos aggressus est: vos milites, inquit, similes, estis Christo: sicut Christus toti mundo exosus fuit ita etiam vos hominibus exosi eritis sicuti Christo multæ fuerunt tensæ insidiæ; sic & vobis insidiæ tendentur. Christus fuit captus vos etiam capiemini. Christus fuit condemnatus ad mortem, vos etiam condemnabimini; Christus fuit mortuus in cruce, vos etiam moriemini sub patibulo. Christus rogatu cuiusdam fuit sepultus, vos etiam si qua gratia restat, sepeliemini. Christus Resurrexit à mortuis, vos etiam à mortuis resurgetis. Christus ascendit ad cælos, at vos descendetis ad 100. mille Diabolorum.

Sijno-

Synonyma quænam sunt?

Vnus Nobilis — Duo Nequam
Vnus Magnus ——— Duo parui
Vnus albus ——— Duo nigri.
Vnus Carolus —— Duo Ioannes
Vnus Astutus — Duo simplices.
Vnus Sobrius — Duo ebriosi.
Vnus Leo —— Duo Leopardi.
Vnus audax — Duo formidolosi

Pueri cuiusdam lepidum dictum?

Cum optio quibusdam hominibus data esset, hic se pontificem maximum alter opimũ Canonicum, alter quippiam aliud se velle esse asseuerabat. Tum puer loquaculus, qui aderat: Ego, inquit pepo esse vellem. Rogatus quam ob causam, quoniam omnes

mihi culum olfacerent, Est enim mos frequens, vt melones empturi, posteriorem olfariant partem.

Quot sunt genera stultorum?

R. Quatuor 1. Quod tantum minatur quod à nullo timetur 2. Quod tantum jurat quod ei nihil creditur 3. Quod tantum dat, quod nihil retinet 4. Quod cum non habeat seruitorem, sibi seruire recusat.

Narra lepidam historiam de duobus sacrificulis?

Sacrificus quidam collectam ex missa pecuniam in angulo altaris deposuit cum hac inscriptione *Ecce locum vbi posuerunt eum*

Alius

Alius sacrificus forte fortuna scedulam inuenit, surreptaque pecunia chartam aliam inanem & complicatam reliquit cum hac inscriptione: *Surrexit non est hic.*

Duo versus retrogradi.

Posco mihi dones sadai cæli sator alta.
Alba sator cæli sadai done mihi posco.
Triste mihi tollas sadai præbens roga læta.

In mendicum qui se pro medico gesserat.

Tu te fers medicum, nos te plus esse fatemur.
Vna tibi plus est litera quam medicus.

Vtrum qui consueuit multos cibos accipere plus sustineat ieiunium, quã solitus parum comedere?

R. Multum comedere solitus melius sustinet ieiunium, quia propter præcedentem repletionem habet paululum caloris, & ideo potest plus ieiunium sustinere: in alio accidit è conuerso.

Iocus Ciceronis in vannium, qui paucis diebus consulatum gesserat.

Magnum ostentum (inquit) anno Vannij est, quod illo consule, nec hyems, nec ver, nec æstas, nec autumnus fuisset.

Quare auidius vorantes citius satiantur.

R. Quia auide uorantes multum aeris cum cibo inferunt per hiatum ructus, vel crebritatem respirandi, Igitur vbi aer vi-

as

as compleuerit, fastidium cibi fit.

487

De tribus studiosis Theologiæ historia Lepida.

Obsonium delicatum tribus theologiæ tijronibus appositum, sed ita pusillum vt vna vice deuorari potuerit. Pacti sunt igitur inter se, vt qui aliquid huic rei congruum, ex euangelicis literis protulerit, toto vesceretur solus. primus dixit: *Desiderio desideraui hoc obsonium manducare.* Alter ait: *Domum quampiam ingressi, comedite, quæ apponuntur vobis* Tertius direpto obsonio & vna vice deuorato, in toto Euangelio inquit, non occurrit huic rei aptius verbum, quã extremum illud, quo vsus est Dominus, videlicet: *Consummatum est.*

Ri-

Raphani marini vires.

R. Raphanus marinus stomachumcale facit, cruditates absumit calculum pellit, omnis generis obstructiones aperit, oculorum vero aciem lædit, & hebetat; vt recte Ouidius.

Nil prodest, quod non lædere possit idem.

An senes possint reiuuenescere?

Tradunt de aquila naturalium rerum scriptores, eam quolibet decenneio iuuentutem renouare, serpentes vero etiam quolibet anno. Sed pennarum ista ac cutis, non corporis mutatio. Aquila enim cum alis ad volatum

latum haud amplius aptis se im-
pediri sentit, concitato cursu
im sublime fertur, iddeoque ad
frigidissimas aquas conuersa,
ter iis immergitur, posteaquã in
nidum euolans, alis pullorum
tecta, in sudorem resoluitur ve-
teribusque plumis exutis nouas
recipit, vnde senectutem ipsam
exuere creditur, nihil interim
minus, quam mutionem in cor-
te pore passa. Serpentes vero cũ
calorem habeant ad modum de
bilem, & cutem hyberno tem-
pore constrictam, ac fuligini-
bus exhalare cupientibus exi-
tum interc ludentem, ideo quic
quid faliginosi humoris hye-
me est congestum in ipsam cu-
tem colligitur. quam licciorem-
que redditam à subjecta pelle,
nullo corporis malo detrahunt,

vt mobiliores euadant. Quod si est rejuuenescere, quid obstat, quo modo & Homini cui excisi sunt dentes es renascuntur, & post scabiem exsiccatam noua cutis efflorescit, juuenescere dici possit.

Lepidum dictum Augusti Cæsaris,

Augustus Cæsar cum audiret inter pueros, quos Herodes rex infra bimatum jussit interfici, filium quoque eius occusum; ait *Melius est Herodi porcem esse, quam eius filium.*

Viuere nostrum quid?

Ita comparatum est, vt tum primum nos mori arbitramur, cum extremum ducimus spiritum

tum, qui si animaduertamus, nos singulis &diebus & horis ac momentis mori comperiamus, mortem seu musitatum quid animo concipimus, cum nihil æque familiare nobis circum feramus Haud aliud est vita nostra quam mors continua Tantundem vitæ decedit, quantum accedit. Qui trien ætatis suæ trascegit, tantutem sui parte mortuus est: qui semissem, semimortuus: præteriti nostri temporis portio mortua est præsens viuit, simutque moritur, futura similiter morti mancipabitur. Nemo est qua non est morti præpinquior postannum, quam ante annum fuit, & cras quam hodie, & hodie quam heri, quid quicquid temporis viuitur de spatio viuendi demitur.

Io-

Iocus Ciceronis.

Cicero cum venisset ad Pompeium dicentibus aliis tarde eum venisse, *non* inquit *sero veni, quia nihil paratum inuenio.*

Nigredo AEthiopum vnde?

Multis persuasum est, Æthiopes propterea esse nigros quia calidissimam regionem inhabitant. Sed obstat, 1. Quod filij Æthiopum etiam in frigidissimis regionibus nascantur nigri etiam si calorem patriæ nunquam sint experti. 2. Quod in calidissimis regionibus, etiam sint homines non nigri, sed vel cruropuorum instar candidi aut fusci Quod Hispani in Athiopia de-

gentes, non generent Liberos alterius coloris, quam in europa. Causa igitur duplex esse videtur: 1. à regionis astu 2. occulta seminis proprietate, qua fit vt è nigris nigri, è candidis candidi generentur.

Iucunda historia de Rege francia.

Rex Franciæ Philippus clericos quosdam pauperes ad cænam inuitauerat, at vnus illorũ in fine mensæ caponẽ abstulit. Id Rex animai vertens semotis arbitris interrogat quam scienfiam profiteretur. Theologam inquit-tum rex! Nome iepisti in S,L. Nolite esse soliciti de cibo. Imo respondit & ego volui deponere omnem solicitudinem & certus esse, deo caponem mecum sumere volui

Dio

Diogenes Cynicus domum epulonis eiusdam videns inscriptam pretio venalem quid dixit?

R. Sciebam aliquando fore, vt diuturna crapula Dominum euomeres.

Cur sternutantes salutantur?

R. Romæ aliquando pestis inguinaria fuit tam sæua, vt homines in via, in mensa, in ludis, in colloquiis subito morerentur Itaque cum quis sternutabat sæpe cum sternutatione spiritum exhalabat. vnde, cum aliquem sternutantem quis audiebat, statim accurrens deus te adiuuet acclamabat. Et abhinc adhuc consuetudo seruatur, vt cũ aliquẽ sternutãtẽ audimus, deus te adiuuet, acclamemus.

senes

Senes cur suspitiosi.

R. Quia increduli, increduli quia experti, hoceſt,quia compertum habent, quanta ſit hominum peruerſitas non facile credunt, ſed ſuſpicantur,

Cibus Ruſticorum qualis?

R. Panis ater, caſeus, piſa, lentes, olera. carnes bubulæ & vaccinæ vetuſtiſſim cæpæ & alium.

Ebrietas varia.

Ebrietas eſt varia, pro eius natura qui bibit, & pro vini conditione in facultate colore, cōſiſtētia & ſapore ſi quis enim cute(perſpirabili, vtarūr)

tenui

tenui vino, quod non aſperando eſt nervis moleſtum, is non facile ebrius fiet, aut ſi fiat, facile euaneſcet ebrietas: Si quis vero non ſit perſpirabili cute, vt mulier ſe liberalius vino inuitat, vt non facile ebria fiat, diutiſſime tamen durat illa ebrietas: cerebrum enim in his frigidum & humidum vna cum ventriculo, hinc inopia caloris natiui, vnde non facile diſſipantur vapores è vino elati.

Homo quâ re in maxime indiget.

R. Eâ, quâ medici recuſando accipiunt & recuſant accipiendo: quia dicendo, *nolo* accipiunt pecunias ita auferunt apoſtemata veſtrorum, marſupiorum eorumq; interarea plane

ne exaniniunt & purgamt. Iocose & elegenter Belgæ *Rapenis sxo goede cruyt, alleman is om rapen vÿt.*

Quando Lupus fuit mansuetus?

Respondit quidam studiosus macilentus quadregesimalis ex Hungária oriundus: *Lupus fuit mansetuus dum esset in arca Noe*, Tune enim se captum videns vix obliquis oculis ouem intueri audebat. Recte aliquando etiam olitor est opportuna loquutus.

Quinam sunt stalto stultiores.

R. Aucupes & venatores: hi enim mane surgunt nulla tempestatis habita rätione, per æstus

ꝰs per frigora, incertæ exiguæ prædæ ſpe ſub dio vagantur hyberno maxime tempore, quando feris anatibus in ſidiæ ſtruuntur. Iam canes ſecum ducunt, iā accipitrem manu ferunt, iam retibus, amitibus aliisque decipulis ad ficedulas, perdices, coturnices, alaudas etc. capiendas accommodatis, onuſti incedunt tum retia operoſe explicant, falconis vel accipitris volatum obſeruant, redeuntem anxie exſpectant, a ſæpe media hyeme, per flumina per niues totum diem ſequuntur, non ſine valetudinis diſendio: completo die vix vnam y aut alteram auiculam, domum reportant. Quod ſi in eat ratione eius quod in falcones, canes, recta aliaq: inſtrumenta impeniderit, videbit ſine perſpicillis ſecū ratiōe in ſanire.

Prauus est anhelitus filium, noui enim quosdam, qui cum noctu in lectis feles secum habuissent, & in lectum ab eis aerẽ inspirassent, hectica febri & marasmo tandem consumpti perierunt Nec ita quidem in monasterio quodam, vbi permulti catti familiariter nutriebantur & in cænaculis cubilibusque, & Lectis frequenter erant, adeo plerique infecti sunt, vt intra breue tempus, nec missa nec vespera eo in monasterio decantarent Ex his intelligere est, quam minime fabulosum sit, quod vulgus dictitat, feles infantibus esse exitiales: ipsorũ enim oritoto corpore incũbentes, fuliginis exitũ & thoracis morũ intercipiũt, ac pesti fera, quã de se de-

demittunt,aura, & ex halatione tenellorum infantium spiritus inficiunt & præfocant.

Cum mulieribus infæcundis quid agendum?

R. Mitte illas ad Thermas Badenses & res erit in vado: de his enim thermis ita poggius Florentinus Leonardo Aretino scribit: Nulla (inquit) in orbe terrarum balnea ad fecunditatem mulierum magis accommodata esse: innumerabilem multidinem nobilium & ignobilium, ducenta millia passuum eo venire non tam valetudinis quam voluptatis causa. Omnes amatores omnes procos, quibus in delitiis vita est posita, eo concurrere, vt fruantur rebus concu-

concupitis, multas fæminas corporum simulare ægritudines cum animo laborent, omnibus vnam, mentem esse tristitiam fugare, quærere hilaritatem, Non de communi diuidundo agere, sed de communicando diuisa. Has ipsas thermas *Aug. Busbeq. epist.3 fol.*138. conciliatrices amorum vocat. quod si sinistro quodam fato balnea ista nihil proderunt. vxores, ad Academias mitti possunt, vbi omnium facultatum studiosi facile rimabuntur sterilitatis causas: norunt enim plerunque morbos mulierum, præsertim studiosi medicinæ, quibus pro viua Anatomia esse possunt, facilique Labore sterilitatem abigent, fæcunditatemque prouocabunt.

præſcribe mihi aureum dogma.

R. Quæ ſupra nos nihil ad nos Itaque auriga loquatur de curru, ſutor de crepidis, nauta de ventis, faber lignarius de ſecuri coquus de iure, carne aſſa, elixa frixa de braſſica capitate & de omnibus ad culinam pertinentibus.

Vbi viſuntur quam plurimi cornuti.

R. Nullibi magis quam in Italia & in primis venetiis : ubi enim mercatores vltra annum peregre profecti, inferiorem corporis partem, inſtrumento quodam ex ferro & chalijbe confecto, & Goſſijpio artificioſe refecto circumdant & obſeratam relinquunt, ſed quam vanum hoc ſit, palam eſt: mus

Sie wissen mehr löcher als eines in vitam namque, custodire æque difficile est, quam in feruenti sole gregem obseruasse. Et licet eas custodiretis, non secus ac pater Acrisius suam Danaem.

Quam turris ahenea Robustæque fores, & vigilium canum. Excubiæ muniebant. Horat, lib. 2. od. 16.

Imo Wann jhr sie an die seite henget / Wie ein Fuhrmanstasch / consilium tamen inuenient, quo vos eludant. certius namque est, si nullis repagulis clauderētur, fortassis fideliores essēs, sed si Argū apponas, aut Atlantem custodē constituas, erumpet tamen &

eua-

euadet maneat potius quilibet domi, ne longæ ipsius exſpecta tiones pertæſa, vti Clijtemnestra cum ſeruis, qui tenentur operas Domini præſtare, ſe commiſceat, Den wenn jhnen daß fleiſch hebt an zujücken / nehmen ſie was da iſt / & ſecundum Bechmannum

Non herbis hoc fit regidus quos educat hortus noua liena Carne, opus eſt illas ſi ſaturare velis.

Hinc etiam Dianira anxie conqueritur, quod ob crebram mariti abſentiam, ea voluptate deſtituatur, quà aliæ mulieres ſolerent oblectari, qua ratione & viduam ſe nominat.

Vir mihi ſemper abeſt; & conjuge notior hoſpes.

monſtra-

Monstraque terribiles perse-
quiturque feras.
Ipsa domo vidua, notis operosa pudicis
Torqueor infesto ne vir ab hos-
te cadat.

Certè, quo sæpius mariti proficiscuntur, eo sæpius vxores eorum obliuiscuntur, vnde Helena manelai vxor de marito absente conqueritur,

——prosus ne sola jaceret.
Hospitis est tepido nocte receta sinu
Scitum Demadis dictum.

Cum Athenienses vellent Alexandro diuinos honores impendere, dixit Demades, *videte* (inquit) *nedum cælum custoditis, terram amittatis.*

Estne ducenda Aulica.

R.

extorquent,& cumpuellulis iſtis (*Non ſit, quæ lanas molliat apta manus.*

His ſaltem de rebus colloquuntur quæ ad amorem faciunt tantos obſcænos ſermones proferunt, quibus ipſum plutonem ex infernis producere poſſent, Da ſparet mann beyderſeyts der Ehren / vnnd behilfft ſich allezeit des Scandirens. Ibi prudens & ætate confecta Gynæcei magiſtra (a Ioue principium) a quot olim procis ſit adamata narrat; quibus muneribus dignata, quibus blanditiis ambita. Hæc enarrat, quot munuſcula ab Amatore acceperit, quot gemmas, quot monilia, quot catenulas extorſerit quot ſtrophiola, quot baſia illa Reddiderit: Alia commemorat ſingulari

quo-

R. Nullo modo: caueat sibi qui libet ne ducat talem, Den sie fle-gen gemeigniglich mit zerbrochnen ge schirren zu jubiliren. Moneo hai si sectatores, ne semper amabiles sperent nescij auræ fallacis, nec nimium illis fidant, sed mucronem alio vertant.

Nam aulicæ, ancillæ thermis & balneis inseruientes, meretrices & nutrices sub eodem militant vexillo, juxta illud.

Hoff Magd / badmägd / huren vnd Ammen.
Se hören zusammen in einen stammen.

Tot enim & dam multi Equites, & Domicelli virginum claustris & thesauris latronum more insidiantur, Wie jederman anjhnen zu Ritter werden / partim Lenociniis verborum, amorem

extor-

Quodam dicendi lepore, quoties nuper cum hoc vel illo collocuta fuerit, o inquit quæ dixit eorum recordabor quoad victurus ſim Tanta pietate prædirus eſt, adeo ſi cum eo dormiam, nihil in commodi mihi illaturus eſt altera illius ſermonem interrumpit & de Comædiis tragædiisque incipit quiſque melius ſuam perſonam expreſſerit, facete dijudicat. Tandem diceſſa gijnæcei magiſtra pamphilus adeſt, quiglijcerium ſuam benè abſoluit: Hiſce ſermonibus tempus terunt, & quæ cunque dicunt, ſe cum aliarum admiratione dicere putant. ſi recte conſiderabilis internū nō externum Aulicarum habitum inuenietis ſub formoſis iſtis pellibus turpiſſima monſtra Lati-

tare

tare: memores enim aulicarum delitiarum earum non obliuiscuntur, & qua, vt verum fateamur, fidelitate & integritate maritis puram virginitatem afferunt, notum est, vbi sperant se in Angliam profecturos in Hollandiam pelluntur. O quanto dolore miser maritus afficitur; quoties cogitur legere *Matthiam de Afflictis*, dum illa legit *Ioannem in extrauàguantibus* ferenda omnia, dissimulandæ hanreitates, & patiendi factus. Quod si maritus extrauagationes prohibere velit incipit illa stomachari & rixari Wirft mit Schelmen vnd Dieben vmb sich / sonderlich wenn sie margaretha heist derer sieteb dē Teuffel die höllen zu eng machen *Margarides septem spoliasse feruntur Auernum.* Interdum, cum amatoribus

bus paciſcunt, vt maritum bene conruſum & communibus impenſis delumbatum remittant, quod iniuriam ſibi factum vlciſcantur & vindicent, eos adamare occipiunt, quos antea nihil pendebant:

Vnde *Ouid. lib. 2. de arte amand.* nō immerito de ira fæminarum ait.

Sed neque fuluus Aper media tam ſæuus in ira eſt.
Fulmineo rapidus dū rotatore canes.
Fæmina quam.

Cur canes ſublato altero pede poſteriori mingunt.

R. Ne ſibi vrina calceamenta contaminent.

Hiſtoria iucunda de quodam italo.

Italus quidam opulentus, cum ſtipem opimam mendico erogaret, mendicus illli gratias egit, multaque fauſta homini precabatur, atque inter cætera optabat, vt angeli animam eius

in paradysum veherent: diues auersatus hoc votum, respondit piu sero, chepo esser, idest, serius quam fieri potest: diuitias suas cognitas, cælestibus ignotis & adhuc sperandis præferens.

An alterius vxoris custodiendæ absente marito causa nos solum de die sed etiam de nocte adesse cogitur?

R. Negat id *Nou.134.cap.9.* Verũ nos contrarium asserimus valde enim periculosum solum dormire præsertim sexui fæmineo, propter lemures, spectra nocturna, iucubos aquibus valde infestantur, qui timidum mulierculârum animum facile consternare possunt sic hæc ex nimia solitudine oritur melancholia, quæ difficulter curari potest, ergo eum vt proprium corpus defendere tenetur. Multæ fæminæ inueniuntur, Quibus talis

consuetudo innata est, vt ne vnam noctem solæ dormire possint, nec illud vllo modo evelli & eradicari potest, qui vero id fiat nos labet, siquidem non omnium rerum ratio reddi potest, præter quod dicimus, tatem consuetudinem iis esse alteram naturam, & propterea.

Naturæ sequitur semina quisque suæ

Circa hoc tamen estote providi, vt hanreizetis in occulto, ne habentis mercedem vestram in propatulo. vitam enim qui in amoribus habet, os habeat obseratum oportet, *Gu. Horol. prin. l. 2. c. 12.* Mann muß schweigen wenn einem Barmhertzigkeit widerfahren

ſt. Facile enim contingere poſſet, vt te repudiato alter admittatur.

Hiſtoria de Rege Philippo.

Regi ſũmo Philippo obuiã factus medicus petiit largã eleemoſynam quia frater eius eſſet quæſiuit rex ex qua parte, de Adam, inquit : rex iuſſit ei dare nummulum. Et cum hic diceret, hōc non eſt donum regis fratris, reſpondit rex : ſi omnibus fratribus tantum darem , nihil penitus retinerem.

Quæritur: an quis cum ſponſa nondum ad maritum deducta hanreitatem committere dicatur?

R. Quidam negant: Nos affirmamus *arg. l. 13 83. ff ad l. Iul. de Adulte.* & verbum, plectitur, vt facit *l. 1 de v. s.* Concedimus quidem, quod vxor Domini non sit vt est textus *l. 12 ff de ritu Nupt.* vxor tamen esse intelligitur in his, quæ ad eius honestatem pertinent, & non nuptiæ duntaxat verum etiam spes nuptiarum violari non debet, & quamuis carnaliter nõ cognouerit Ist noch nicht mitt der ledern seil drüber gewesen / tamen ipsius vxor est & sponsus æquè ac maritus subiectum patiens & bonus vir diceretur. Et quis ignorat cingendum haberi pro cincto, moribundum pro mortuo, condemnandum pro condemnato, sponsam copulandam pro copulata, repudianda pro repudiata

ata *Gad. de v. s. ad s. 12. nu. 15*. Alij distinguunt inter sponsalia de futuro & de præsenti, vt faciunt canonistæ in *c. pen. x de spons.* quam tamen distinctionem vsus fori hodierni non obseruat, vt notat *Treut. de nupl. lib.* 1.

Iocus Diogenis in Aristhenem.

Diogenes, ita in Aristhenem magistrum jocabatur: ipse me pauperem fecit ex diuite, & pro ampla domo fecit in dolio habitare.

Pæna Hanreitatis quænam?

R. Licet apud multas gentes grauis pæna constituta erat Hanrificis, tamen Germanos vllā pænā illis constituisse nullibi inuenio

inuenio. Apud Ægyptios illis virilia exſecabantur, alibi naribus amputabantur *Diodor. Sicul. lib. 2. bibl. cap. 3. Epigr.* Apud alios pilorum euulſione puniebantur pæna quidem ridiculoſa, ſed tamen ignominioſa. Apud antiquos germanos mos fuit, vt rebellionis ſeu conſpirationis in Imperatorem Rom. rei, canem imperij, ignominioſe in dorſo geſtatent: *Spang. in Chron.* Intereſſet Reipub. vt ſingulis diebus feſtic, ſpectante vniuerſo populo duo cornua ceruina capite geſtaret Cornutus.

Mulieres & virgines qui illibatas conſeruare velint quid faciendum.

R. Diligenter ſibi caueant ab illis, quos vulgus vocat ſtudioſos

ſos ſiue ſtudentus, adeo enim rapax eſt hoc genus hominum, & ita ſaluti mulierum pariter ac virginum inſidiantur, vt fidem omnem exſuperet, circumeunt eas vt rugientes leones, occaſionemque quærunt qua mulieribus virginibus impune poſſint imponere, tam humaniter tam amice ſe gerunt, vt putares eſſe paruos angelos, cum reuera ſint meri Diaboli, in pellibus ouinis ad vos veniunt, intrinſecus vero ſunt lupi rapaces, Sie zerbrechen den Hafen/vnnd laſſen euch die Scherben außlecken/ Sæpe ad tẽpla non quidem orandi gratia veniunt ſed vt vxores veſtras filiasque, quæ in vno tertio cum illlis conueniunt, ſpectent & videant, nutibusque vel geſticulationibus amorem ſuum illis

pate

pute faciant. Et si caueæ illas incluseris, vt Taberlanus rex Scijtarum Baiazetem regem turcarum *Muust. fol l. 4.* uix ab harum harpyarum incursu essent securæ. Quilibet igitur hunc versum in fronti spicium domus suæ scribat:

Wer sein Hauß will halten keusch vnd rein,
daß kein Studenten vñ Hurē hinein.

Didicerunt enim ex Terentio studiosi, *Quod non sit vitium adolescentem scortari.* Quando ergo ex accidenti videtis illos, domum vestram introeuntes, scitote quod non orent pater noster. *Bald. in l. natal. ff de probat.* Nam Veneri studiosos esse deditos ex eo patet, etiamsi in domum conductam meretricem ducant, non tamen possint inde

ex-

expelli, cum locator de buisset prius. considerare, quod studiosus non viueret castus *Bald. in l. ædem c. locat.* Deinde cane peius & angue fugiatis copulatrices, vel conciliatrices Kopplerinnen. Quod si videatis eiusmodi sinistræ famæ mulieres domos vestras intrantes, cogitate quod finis instet, & quod de nostro corio jam Ludatur, solent enim esse juuenum mercurii Pestrotten/ Postilion, vestræ famæ insidiatrices, & quantum possunt, alias reddere sibi similes satagunt. Interdum etiã incitantur à propriis sororibus & ancillis ad exercendã erga bonos mariros infidelitatem expellite itaque illas, vobisque & vxoribus vestris consulite, ne post hac cum Euripide dicere cogamini: malarum fæminarum introitus me

perdiderunt, quæ mihi loquentes hos blande persuaserunt sermones.

Abstrahite etiam vxores filiasque vestras ab illis hominibus qui in versis spurci, Die schandieren/oder minder Säwen zu Marckt gehen, Cærrumpũt enim bonos mores colloquia praua. vnde romulus legibus cauit, vt quicunque, in præsentia mulierum visus fluisset sermone lasciuo, non secus ac homicida puniretur, & etiamnum die juce nostro *L. 15. S. 16. 17. 18, 25. ff. de iniur.* Huc refer quoque cantiones obscænas Item picturas, quid illæ efficere possint Terentianus ille Cherea satis innuit *T. dr. in Eunuch. Act. 3 Sce. 5.* Et *Propert. lib. 2. Eleg.* Hanreitatis originem obscænis picturis attribuit, quandoque, has intuentes in libidinis cogitationes ruant.

quæ

Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas.
Et posuit castra turpia visa domo:
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos.
Nequitiaque sua noluit esse rudes.

Hinc merito Ariſtoteles publicam pænam ſtabuit pictoribus, qui talia proponunt, quibus libido inflammatur, & Hanreitas propagatur.

Conuiuia, quoque, & ſpectacula publica, qualia ſunt. Abendtanz/hochzeiten/ Comedien etc, Quodammodo Hanreitatem dilatare ſolent, *arg. l. 2. c. de Repud.* Hoc cum ſuo dedecore expertus Imper. Aurelius, cuius vxor Fauſtina inuito marito ſpectaculis quotidie intererat,

teste *Gue vara Harol. princ.* Hanc ne Imperator offerenderet Amasios ipsius ad summa officia promouit Huc respexit ouidius Veneris ille triumuir: ... alii

> —*Ludi quoque semina praebent Nequitiae.*

Sublatis namque spectaculis choreae incipiuntur, Da muß der pücklichte harffen peter auff seyn. Hic cum illis libere loqui licet, palpitare, oscula, basia & suauia figere, mordicus detractis caligis & nudato capite delambere, hic diuaricatis tibiis artificiose bibitur Arsch ferbenbier ex bona charitate in fraternitatem & sororitatem. Hic incertarum esse solemus manuum, Hier gibst blinde griff, interdum etiam ein zuchtigen

tigen Ehrengriff/eaq; sursum versum in omnes angulos inserere & immittere in more habemus, & frequenter tanquam oues erráus, præsertim si lumina intercidant ad latebras, vbi liberiuscule omnia sine periculo peragi possunt, confugimus, vbi *vt virgil. lib.* 1 *. AEneid.*

——Cythera crinitus Iopas
Personat humana, docuit quæ maximus Adam.

Quod si non saltatur vel bibitur etiam præsente marito sicca & iuani tussicula *Ehum Ehum*, oculorum nictu, sculpturitione pedum, compressione & tactu manuū, quæ solet esse fallax, propinatione poculi, furtiua oculorum luxuriantium mollitie, vel aliis indiciis affectū suum declarant (videatur hic *Eleg.* 4. *amor lib.* 1. ad quem omnes

amando vtpote hiſce tempori-
bus admodum vtilem & neceſſa
riam) Interdum maritus ab A-
matore inebriatur vt neque ocu
lus neque pes ſuo officio fungi
poſſit, domum deducitur quem
vxor ne forſitan cadat, comita-
ri vult, atttamen precibus emol
lita manet, benedictionemque
exſpectat, quæ ſi commode ob
præſentiam aliorum impertiri
non poteſt, ad ædes Lotricum
& netricum (Bey denen die Eh-
regemeiniglich auff holtzeren Stelzen
gehet) Se conferunt, vbi actio de
communi diuidundo intendi-
tur, per quam corporaliter fit re
rum diuiſio *L.2.h.1.* Cui adhæret
actio de in rem verſo. Nonnun-
quam tubicinibus præeuntibus,
vxor ab Amatore domum de-
ducitur, vix crapulam concox-
it,

it, surgit de lecto maritus, & vxorem excipit, affert bellaria, poma, pyra, nuces.

Castenea molles & pressi copia lactis

Ficus, mala punica, persica cerasa, sacrarum panem S. marci confectum, seu, vt ille vocat, defectum (quæ tantum differunt vt causa & effectus) omnis generis, Caseum, & si illibenter vxor videat, quia,

Abbreuiat sociam quem diligit illa,

Tamenne amoré suum prodat, clanculum ipsius esum ipsi desuadet , vel etiam aperte , quod nimium officiat valetudini, propter difficilem concoctionem, sey zu acht vngesund/ Euge bone

bone cornute, ita sunt excipiendi hospites, ita tui riuales affer vinum, infunde, salta, & talem tegere, qualem volunt.

Tandem cum tempus discedendi videtur hospes hospitem ad posticum comitatur vt maneat rogat, satis adhuc superesse temporis ille se excusat, alio tempore reuersurum se ait. Hoc facto illius domus arctius obsidetur quam olim Carthago à Scipionibus, tum circum ambulant riuales, vnius eiusdemque rei consortes, fenestras inspectant, parietes transcendunt, ad fores excubant per transennā solicitant tegulas deiiciunt, angulos obsident, dicteria scribunt, conficiūt cātiones amatorias cithara pulsant Heckerling vñ haberstroh/cantionem gratiani, & alias innumeras

ras astutias excogitant, quæ omnia in pulchritudinem tuæ vxoris tanquam scopum diriguntur, ad tui vero reducãt opprobrium & dedecus quod si parum majestatem tueri conatur maritus, Fahrt sie auff als ein furtz im badt quam me putas ego credo te me meriticem esse existimare, amicis & cognatis meis ista dicam, si aliquid in animo haberem, te re uera spectatorē non apponerem etc. Quid vero illei seipsũ & horam natiuitatis incusat, hospiti nuper suo vxoriq; õnia dira precata interim tamē nutriuit murem in pera, serpentem in gremio & ignem in sinu.

Medicina ad tollendos fætores anhelitus prouenientes á cibis quibusdam.

Sectile ne tetros porrum tibi spiret odores.
Protinus â porro fac mihi cæpe vores.
Denuo fætorem si vis depellere cæpa.
Hoc facile efficient allia mansa tibi.
Spiritus at si post etiam grauis allia restat.
Aut nihil, aut tantum pellere merda potest,

Quinam sunt nimium audaces?

R. Qui lupum in Iannuario non timent, rusticum in carni spriuio & sacerdotem in jeiunio quando confitendum est.

Vir bonus à quibus libris vxorem arcere debet?

R. A Lectione Amadisæi, Ouidij

dij de arte amandi, Eurioli & lucretiæ Darten societatis, equitis ponti, Galmi, Baptistd de campo fragoso, præsertim vero fugiant Ioannis Bocatij librum, quem Cento Nouellarum inscripsit. Hic enim magno instertitio cæteris post se relictis æternum nomen sibi comparauit: hoc enim lecto & Theoriæ fundamentis feliciter jactis, quam felicissime praxin exercere possunt, nihil enim aliud sunt quam callidissima Hanrificorum stratagemata & strophæ, & nulla vnquam fæmina fuit, quæ non eiusmodi Lectionibus, & historiis ad furorem adacta fuerit, quia in illis miscetur vtile dulci.

Cur posteriora hominis tam turpem habent fœtorem.

Respon-

Respondent quidam quia obstetrix neglexit eam partem, nec satis abluit Alij autem huic sententiæ plurimum refragantur: nam aer illius regionis ita pestilens & fætidus est, qui eum locum occupauit; & ventus qui perflat non locus ipse.

De quodam suspenso, qui ante mortem tumulum sibi construxerat.

Hunc sibi Belnensis tumulum quem
cernis inanem.
Struxerat, inuidit cui loqueus tumulum.
Debuerat certe sors si foret omnibus
æqua.
Tardius hic fieri, vel prius ille
mori.

An possit vxorem repudiare maritus.

si

si forsam Amatorem cum ea Ludentem inuenit? quem lusm inter pratantur manuum iu sinum immissionem (Hand schnchmachen) *nostrates vocant) aut ad pectus eius, vel ad alium locum. vnde turpe esse possit?*

R. Affirmant quidam *Boreh.cap. 8.de feud.nun.28.Rosenthal.cap.10 conclus.54.* & *Thomas Cant* Oscula quintam viam ad amorem vocat Nos vero illis contradicimus, omnesque prædictos refutamus: requiritur enim vt in ipso actu & in rebus venereis & in ipso facto deprehendantur, seu vt plautus ait, corpus corpori incubarit. *Ait. 4.sce.4.in Amphiti.* velut. *lucian.in Eun.* eum reperiri

habet-

habet menbra in membris, verum apage illos cum rigido judicio, ablegentur ad Garamantas, Indos & Æthnuos fratres, quibus in ferendis carbonibus vsui esse possunt.

Quinam optime Viros fallunt?

R. Vxores hospitum, Gastgeberin Hæ enim ex tam variis peregrinantibus vnum atque alterum admittunt; habent enim neminem quem timeant, quia in vno loco diu moratur.

Quæritur num id fecere conueniat:

R. Rationē dubitandi mouent Politici quia peregrini officium nihil præter quod sumuneris est agere, nihil de alio inquirere

re, minimeque in alterius messem falcem immittere. Est enim pacis publicæ turbatio, cuius pæna est Bannum. Alij aliter suam sententiam probare nituntur exemplo macrini, qui obstupratam vi hospitam dito mortis gēere duos milites affecit, vt capitolinus refert. Nos distinguimus inter id quod fit licite, & inter id quod fit coacte, Hospita enim si ad concubitum nos inuitat, omnino illi obtemperandum, suscipit enim nos fouet, cibat, & omnia præstat, quæ potest. Nos igitur decebit vt fauorem fauore compensemus, & duplicemus, fortunamque quæ sese offert, nō omnimo despiciamus. Tale diuersorium fuit olim Antvverpiæ zu Tausendt mitteln/in quo nihil, quod ad voluptatem

luptatem tum corporis, tum animi fecit, defuit, vnd da der wirt ein hanreij ist / ziehen die Gäste gerne ein. Deinde si aliquid superererit, si triorches eris, potes paululum ancillæ communicare, vt illa etiam habeat, quo tui reminiscatur. Fontes enim tui diriuentur foras.

De quodam Heluone.

Heluo quidam pupillis à magistratu datus tutor, cum patrimonium illorum vniuersum absumpsisset &, jussus tutelæ gestæ rationem reddere, nihil, super est, hanc rationem accipite, aliam nescio verum magristratu vrgente, vt libellos offerret, qui acceptum conti-

ne-

nerent & expensum, ille os primò ostendit, deinde podicem, illic recepta esse subindicans omnia; hic exposita.

Henreium faciens quo nomine est indigitandus.

R. Quidam eum vocant Domesticum Inquilinum haußhan/ verwalter/ haußgenossen/quod frequenter domum tuum adeat, Alij eum vocant Amicum, sed is qui clam & inuitus alterius ius occupat, amicus non est, diuerso tamẽ respectu esse potest. Nonnulli hostem, sed perperam Hostis enim is est, qui nobis, aut nos illi bellum decreuimus. Priuati verò sibi bellum denuntiare nequeunt: regale enim est, & summo principi ex natu-

natura maiestatis in se considerata soli competit. Aliqui Cucurbitam vocant, sed male siquidem id devasallo vxorem domini hanreizante dicitur. vocabuli huius deriuationem *vide ap. Cala. & Hott. feud. in verbo Cucurbita.* miramur valde quod veneranda antiquitas in perscrutando hoc vocabulo non fuerit curiosior latinissimo vocabulo nos vocamus Cappellanum, vicarium, seu vt munstero libet matrimoninij coadiutorem Ehe helffer vnbesoldete substitut, qui cessante marito onera matrimonij suppleni.

Scorta cur alicubi per conuitium pulmones appellantur.

Res.

R. Quia vilia sunt aut vento quodam turgida, & vere vana. Cum matrona quædam puellam lasciuientem hoc verbo criminata maledicentiæ pænas dedisset, graui insuper adiecta mulcta, si denuò verbo mulierem lacesseret. verum non ita multo postcū excandesceret, quo pænā effugeret, periphrasi quadam vsa eiusdem conuitij. Et quid, inquit, ego te nominabo? Caroes, quæ egreditur ollas constat enim id genus intestini in decoctione tumescere, & sic plerumque lebetes transcendere, vt vi sua erumpat, ac deijciat etiam opercula.

Vxores hanreizantes quomodo debent appellari.

R. Hanrifici certant, & ad huc ſub jadice lis eſt.

Meretricis nomen (quod genus hominum ſine præfati-one honoris nominari nequit) illis non competit. Nam hæc à merendo dicta eſt. Vlpiano dicuntur practicæ ſeu quæſtua-riæ Ehnehren ſich mit der hand / da ſie auff ſitzen/pecunia ſuam exer-cent militiam multorum libi-dini ſeruit,& eſt vidua, vt pote, quæ 23000 virorum abſorbuit ictus. Hæc nulla accepta pecu-nia,ſed amoris, qui eſt furoris ſpecies, & beneuolentiæ cauſa hanreizat: Econtra meretrix ſe proſtituit in ſijluis, vt propter Noribergam, im Newen wald/

Quem

quem locum sæpius inuiso. Lipsiæ auff dem Rubehn / da sie das graß mit den hintern abmatsen / Vnde vocantur Nymphæ syluestres, pecora campi wald Göttinnen. Antvverpiæ in die sepelstraet / vbi die noctequc meretricum cochleationes visuntur, Francofurti in foro piscario etc. Hæc vero est inuiolatæ existimationis, quia amoris vi concta solis amantibus sui copiam facit. Errat igitur hic *Connanus lib. 8. cap.* 13, Qui illam meretricis nomine indigitat. Rectissime ab Ouidio & aliis vocatur *Amica*, cum quibus consentimus & facimus.

Hanreitas quid est?

Resp.

Resſ. Eſt vocabulum mere Germanicum, ſed in latinitatem jam olim degenerauit, ex antiquiſſimo vocabulo han qui eſt Gallus, & voce, Rein/quod cherea, ſiui Dantz / quaſi dicas, Galli choreus, noſtrates vocant hanrein geſchloſſene geſellen/ monte cuculos vocat; item Cornutos; cornua enim gerunt ſatis manifeſta & conſpicua, extra pileum ſæpe protuberantia, & ne omnibus appareant, pileum non detrahunt etiamſi aliquem prætereant, & hoc eſt verum Hanreicæ grauitatis ſignum. Conueniunt in hoc cum Gallis, quia licet gallus proprias vxores habeat, quæ tamen etiam ab aliis viſitantur, ita & hi licet propiias vxores alant, ab iis etiam alij admittun-

tur

tur viri. De cornua ferre, multi multa scripserunt. *Niceph lib. 2 de impere Andr. Constanti.* sit inquit: *Longe alia fuit Andronici luxu & libidine praediti intentio, qui cornua Ceruorum, quos venatus erat, insignia & rari aliquid habentia in porticibus fori suspendebat, specie quidam ostentandae magnitudinis ferarum quas cepisset, cum reuera ciuitatis mores & vxorum, quas ipse corrumpebat, lasciuiem notaret.* Atq; ad multas gentes (opinor) promanauit, vt qui malitia vel iniuria suas coniuges adulterari finerent, probroso sane conuitio cornua ferre dicerentur. Germani iniuriam rei verbo leniori mitigantes vocant Einen frommen einfaltigen mann / der seiner frawen nicht genug thun kann.

Cur fæminæ amant brassicas?

R. Propter earum acrimoniam Nam mistæ cum farina lolij prouocant earum annos, dies & menses, modo iis vtantur per modum suppositorij Hæc est vera *Androgyna* composita ex duobus culis, & quatuor natibus messiores per postam in cor be huc veni, vt hæc noua vobis annuntiarem. Credite vera dicenti veritas nulli cedit. Caput capiti opponam sicuti cereuisiarij exportantes vasa, putatisne me velle fugere? nullo modo apponam potius frontem fronti, imo barbam berbæ sicuti duo podices, qui bellum gerunt: o quam libenter surdus talia audiret.

Sã

An non omnis mutatio bona?

Ref. Mutatio bona est quæ vergit in meum commodum. Si mea bursa inanis esset, vestra plena pistolettis, si ego essem asinus, vos docti, per me fiat mutatio stante pede, & ero plane nouus homo. Item si tu haberes fæminam pulcro multu, ego vero Hecubam aut aliquod remedium amoris, vel Lesne mutare?

Quid est vetula?

Ref. Est antiqua dementia, Harpya, Diabolus in veste fæminea, & vt omnia vno verbo complectar, est concionatrix loquacula, quæ non Euangelium

lium, ſed conuitiorum plauſtra euomit.

Quid eſt pædagogus?

Reſ. Eſt aduocatus Lutoſus, collegy peſtis, cuius ſupellex eſt bibliotheca, qui cænat mane ne de nocte perinerdet lectum, qui totius collegy ani tergia colligit vt pultem auenariam calefaciat & pugillum vnum carbonum lucriſciat, eſt alter Euclio. Eſt miles animoſus, qui ſtatim hoſti calcanea ſuorum ſandaliorum vertit & ſeſe ſaluat in gymnaſio Iuro per tabulam raſam ariſtotelis, per Buçolica Virgily, per veneris nates, per teſtituculos Saturni, per pecus Melibæi, breuiter per omnes autores tam latinos quam

quam Græcos, rem ita ſeſe habere,

Quid eſt aduocatus?

R. Aduocatus eſt, qui amat ducatos, eosque pluris facit ipſo ſacco mendicorum etiamſi confectus eſſet ex finiſſima tela Hollandica. Aduocati raro viſuntur in hoſpitiis, ſed ſæpe ſunt in domibus ſuis & alibi conſultando, libenter audiunt cantilenam *Dammi*: Hic dator illis adhæret in matrice animi ab æterno. Natura advocatos fecit ex argilla tam pulchre made facta vt nunquam habeant manus frigidas & ideo idonei ſunt conficiendæ glaciei tam in æſtate quam in hyeme. Aduocati viderunt quoque titulum veneris

neris sed tribus perspicillis.

Musca culinaria quænam?

Res. Est Dominus *parasitus*, Germanice Tellerlecker / qui cibum è flamma petit, qui constringitur nō funibus, sed farciminibus cuius vxor pro vno ouo cū matre sua, bursam naturalem seu vuluam venolem habet. Iam incitaui ad risum asinos clamore magno, vti vos estis testes.

Historia iucunda de quodam sacerdote.

Quidam sacerdos suis rusticis concionaturus dixit, *salutat vos Lucas medicus* Vt habent sacræ literæ sed postea præ pudore

dore ita obſtupuit vt ne vnum quidem verbum vlterius enarrare nequerit, illud ipſum ſubinde repetens, tum ex ſenioribus vnus aſſurgens, dixit, habeat gratias, atque ſi quando ad eum reditis, dicito & illi noſtro omnium nomine plurimam ſalutem.

Pueri quomodo ſapientes efficiendi.

Reſ. Podicis cappa illis detrahenda ipſeque podex virgis cædendus, ita enim ſapientia è podice ad caput euolabit

Suppellex pædagogi quænam.

Reſ.

Res. Est ferula sub axilla cum bibliotheca, quæ constat ex Despauterio impresso tempore laurentij vale sed siste gradum lector alteratissime, (hem literatissime volebam dicere) Bonum mane, bonum serum hoc est saluto per totum diem

Virgines cur libenter nubunt Iuris peritis.

Res. Vt iuris Mystes ius fas rectumque ministrat.

Virgo sic rectum semper amare solet.

Quonam in loco pluris venditur aqua.

R. Vbi

Res. Vbi caupones vino exotico aquam admiſcenſtea enim aqua vini etiam cari pretium poteſt contingere,

Cereuiſia vnde dicitur.

Res. Aliqui dicunt, cereuiſia quaſi cereris vinum. Alij ſic:

Vnde ſibi ducat quaeris cereuiſia nomen.
Quod cerebrum inuiſat ſæpe Sabelle tuum.

De Patatione.

Ad primum morſum, ſi non potauero mortſum.
Gaudia ſunt nobis maxima dum bibo bis.

Ad trinum potum lætus sum, dum bibo totum.

Lætificat quartus cor, caput, atque latus.

In quinto potu, vasto potamus hiatu.

Dulcis & ipse cibus dum bibo sex vicibus,

Potu septeno lætus sum corpore pleno,

O nos fælices octo bibendo vices.

Nona cherubinis pingit potatio nasum,

Si decies bibero cornua fronte gro.

Vndenaque vici tibi præbibo dulcis amice.

Et bis post decies est mihi tota quies.

Postea dico satis sed cum potauero gratis.

Tantillum digitum lætus eo cubitum.

De

Descorto.

Corpus, opes, animam, consortia, fœdera, famam,
Debilitat, perdit, necat, odit, destruit, aufert.

Dies macilenti quinam?

Res. Sunt dies jeiunij in quibus saturamur pane cælesti, cibo spirituali eoq; leui, qui non generat per se in stomacho crudilitates sed tantum per accidens.

Hymnus in quo omnes notæ musicales comprehenduntur.

Ut queant laxis *Re*sonate fibris *Mi*ra gestorum *Fa*muli tuorum *Sol*ve polluti *La*biis reatum etc.

Igniaria & sulphurata quibus odio sunt?

Res. Amatoribus & furibus. Amatoribus, quia laxato fræno opus suum peragunt sine tympano, candela & candelabro: furibus, quia clandestina eorum furta illuminant & in lucem proferunt.

Hercules in quo peccauit?

R. In eo quod occiderit scelestum *Cacum* qui plane imberbis erat, primogenitus ac quasi recens exclusus Wie ein jung Hun

das Erst auß den Eyer Schalen sumpt.

Historia iucunda de parocho.

Militem puerulum è baptismatis fonte ſuſcepturum, parochus interrogauit, Domine miles tune idoneus es huic muneri ſubſtinendo, ad quod miles, puto quod ſic tum parochus noſtine præcepta Dei, ad quod miles quidni: tum parochus quodnam eſt primum præceptum, reſpondit miles non vorabis, Du solst nicht fressen erras peruerſe miles, inquit parochus, primum enim præceptum eſt, *Non habebis Deos alienos in conſpectu meo.* Imo regerit miles, Dominatio veſtra fallitur;

Nonne

Nonne enim Deus statim à creationne præcepit: *De Ligno scientiæ boni & mali ne comedas Gen. 2.* Tum parochus ò miles magna est fides tua superas me eruditione vel potius astutia,

De mrtiano.

Martinus chlamydem pro paupere dimidiauit,
Vt faceremus idem nobis exemplificauit.

Secreta quinam aperiunt?

R. Si secretarum seriem vis noscere rerum.
Ebrius, insipiens, pueri dicent tibi verum.

Epi-

Epitaphium insigne incerti autoris.

Pastor, arator, eques, colui, superaui.
Capras, rus, hostes, fronde, ligane, manu.

Incerti autoris.

Ex minimis, vitium, calum modulamina, castra,
Venit, alit, penitrat, mitigat, exuperat.
Seditio, requiis, aratio, cana, fauilla.
Maxima, longa, breuis, semibreuis, minima.

Quare

Quare multi ad magni honores mundanos peruenient.

R. Hoc ſæpe fit ob commodatam domino vxorem. Hinc hic fit ſeecretarius ille ſenator, hic comes, & iiſdem artibus á magnatibus multi præpinguia venantur officia, vxores que ob id non immerito ſuperbiunt, quarum radiis maritus fulgeat. Item ſe illas eſſe, quarum amore princeps gaudeat, dicunt, nullam, ex Domini hanrei zatione fieri nupudicam, earumque maritos, qui ineptis Hirci videri poſſent, ita excellere aureis cornibus, vt dignitate cunctos

ante

ante eant *Paul. Iouius in vita galeacÿ fortia*, & à prudentibus nulla alia compendiosior via ad honores adipiscendos, quam hæc ipsa habetur. Exemplo luculentissimo nobis erit historia Eurgali ab Ænea syluio conscripta. videatur hic ulterius. *Neuiz lib. 4. num* 82.

Possunt ne mulieres peregrinari illæsa pudicitia?

R. Vix quidem: quia viæ teruntur ab omnis generis hominibus, qui prætio illecebrisque, nec non vi Hanreitatem expetunt? Sic Dina *Genes.* 34. & Angla illa, de qua Sylu epist. is peregrinationis fructus vberrimos protulerunt, & Comicis frequenter peregrinatrices sinistrę

sunt

ſunt famæ: nam benè ſciunt, ab ſente fele ſaltare mures. Imo in peregrinationibus adeo fiunt applicabiles, ſubjectibiles, tractabiles & eruſſibiles, vt Theologiæ ſtudioſis pro cathedra quã conſcendant Iuriſtis pro pulpito, cui corpus imponant & medicis pro viuæ Anatomiæ, ſubiecto, ac denique nemini non inſeruiant.

Carmina in quibus omnes primæ literæ incipiunt ab f.

Famellas furtim facies formoſa fefellit.
Fortuito faciens feruenti furta furore.
Fur foricas fertur futuens flagroque feritur.

Car-